



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Sapa, acetum, oleum, & similia condimenta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

vehiculum, & vere tales sunt: non vero in comestione vel per se in nutritionem.

6. Contrarius videtur Sanchez in *conf. lib. c. 1. dub. 23. m.* sed fortasse loquitur in casu, quo ita interpretatur magna quantitas substantialis, cibis extrahantur à natura potionis.

Sapa, Acetum, Oleum, & similia Condimenta

Præciscendo à parvitate materiae quæ semper in his usu venire solet, hæc ex se jejunium frangunt. Id quod certum omnino sit, quia non ad potum, sed ad cibum pertinent. Unde sit, ut si jentaculo v. p. pertinet illa adhibeas in die Jejunij, non quidem extra octo uncias, quibus constare illud posse dicimus *in se*: sed extra illas computari debeant, tibi enim sunt quoad substantiam: & ad modum item cibi assumuntur.

Vua, Mala Massilica, Medica, Aurea, Punica, & similia.

7. Ne idem de Vua sentias, quod de Vino; hæc enim frangit omnino jejunium, cum non sit potus, sed abusus, Dices, At Vua sumi potest ad sedandum, ut in perine ac potus. Rursus in illa nihil aliud continetur, quod nutriet, nisi ipse liquor inclusus in cortice, qui non est nisi Vinum, vel Mustum, à quo jejunium non violatur. Respondeo, esto sumatur ad sitim extinguendam, esto, nil aliud in illa contineatur, nisi ipse liquor, quod nostrum non est disputare esto, tu succum dumtaxat sugas, cætera ab ore propicias, satis à nonis excluditur ex eo, quod, ut sic, assumatur: per veram comestione, & non in alimentum vehiculum, cum vinum, vel Mustum ab ipsa expressum, per veram & usalem potatione bibatur.

8. Quod dixi de Vua, de cæteris fructibus dictum volo v. g. de Malis Massilicis, Medicis, Aureis, Punicis, & c. Italianis *Limoni, Aranci, Orangi Granati*; eadem enim est, ac de Vuis ratio.

Cocholata.

9. Cocholata Indis, Hispanisque jam diu, Italibus verò dudum valde familiaris, an sit vera potio, ac propterea in jejunio extra refectorem admitti possit; vulgaris est nostra ætate, ac celebris questio?

Puto non esse veram potionem, sed cibum, atque adeo frangere jejunium: Ita Anton. de Leone in *rudimenta de cocholata per totam, Trull. lib. 3. in dec. cap. 2. dub. 2. n. 15.* Diana p. 4. tract. 4. ref. 194. & clarius p. 9. tr. 5. ref. 11. Joannes Cardines Medicus apud eundem de Leone in *advertentiis, cap. 9.* Ratio ut mihi videtur efficax, sic formatur, discernendo, quibusnam animantibus uti in jejunio liceat, rursus quænam vera sit potio, quæ comestio? Diximus in Superioribus attendendam esse usum, estimationemque communem; non quidem solam, sed ira fundatam, ut non declinet à fine, & intentione Ecclesiæ jejunium præcipientis: At cocholata fini Ecclesiæ jejunij præcipientis omnino adversatur; ergo & c. Minor probatur, quia finis Ecclesiæ est prohibere extra unicam refectorem, cibos ex se nutritivos, solumque concedere veram potum distributioni alimenti servientem: at Cocholata componitur ex cibis multum substantialibus, & nutritivis, nec per se ordinatis ad vehendum, distribuendumque per venas alimentum; nam propterea manet, & serò jejunio ventriculo sumi consuevit; ergo, & c. loc. cit. de Leone, & Cardines.

10. Semel ego Virum nobilem mihi familiaritate conjunctum convesci manè diluculo, cum eo negotia quædam collaturus. Cumque primo ipso ingressu observasse ejus vultum insolenti pallore suffusum, macilentum, cadaverique per similem; interrogavi, ut sit, de ejus valetudine. Is, infirmè satis se habere subterfusa voce, respondit, meque peramanter rogavit, ut post mediam horam reverterem. Parui, jvi, redivi. Mirum! adverti ejus faciem pristino coloris restitutam, oculos hilares, vocem validam: ex morte in vitam jam rediisse non gratis dixisses, Quare me cohibe-

re non potui, quominus exclamarem. Deo, superisque sint gratiæ! Bene, inquit, optime salere gratias Dominatorem vestram? Vndenam tam scibita ac tanta vitium refectio? Subridens respondit amicus: Ne mirere, Pater amantissimi, me, modò enim Cocholata potionem assumpsi, quæ miraculi instar colore, vires, vitam ferè in instanti mihi parere consuevit: Deus immortalis! Hanc meram potionem, non verò validam comestione, Jejunij fini ex diametro oppositam appellaveris?

11. Anton. de Leone l. c. p. 3. n. 20. & parvitate materiae excusat à mortali adhibentem mediam unciam Cocholata, & Escobar l. 1. exam. 3. c. 3. unam unciam cum sufficienti aqua. Id mihi propter duas rationes nequam aridet. Primum, quia ad generalem quæstionem de omnibus cibis in modica quantitate sumptis, hoc modo præsentem difficultatem extorques. Secundò, quia ad dignoscendum, an res modica in aliqua materia, semper sit recurrendum ad finem prohibitionis, ut *sup. lib. 1. cap. 1. §. 3.* fuge docuimus: at certè media uncia Cocholata, valde nocet fini intento ab Ecclesiâ in jejunio; siquidem media ejusmodi potionis uncia multum, ac valde parva, & ut audio plusquam sex uncie alterius cibi valde nutritivis; ergo minùs rectè hac in re parvitem diametris: Posses ad eundem modum unam, vel alteram unciam ex vigillis ovorum cum modicissimo sacchari, frustulo aquæ ebullientis immiscere, (nam sic pulchrum non ingraturum palato confablis) illamque sive mortali absorbere interdum, cum jejunas, quia Bulla Cruciatæ gaudes, quantum ad qualitatem ovorum, & quantum ad quantitatem, nil, nisi modicum comedi: cum enim ova non sint perinde nutritiva: ac Cocholata, videbitur sibi esse parvitas materiae, una, vel altera eorum uncia: sique item posses magnum piscem in parvam portionem distillatum suscinere, & similia. Apagæ hæc: siquidem in ordine ad finem nutriendi, modica illa nequam sunt, sed notabilia satias.

12. Pro Cocholata, quasi jejunium non frangat, afferuntur ab aliquibus, Turrianus, in *summa, p. 1. c. 556. dub. 24. Encl. 4. & 7.* Lezana. v. *Jejunium, n. 2.* Diana p. 4. tr. 4. ref. 194. & part. 5. tr. 5. ref. 11. Sed Turrianus loquitur de pura Cocholata, cum jam mista cum aliis cibis ad nos semper adducitur; & ad parvitem materiae videtur se reducere. Ita Anton. de Leone in *diff. c. Lezana* clarè sentit nobiscum: solum affert, sed non reprobatur contrariam: Diana satis dubitative loquitur in quarta parte: quosque nominat Theologos pro Cocholata, nominat tantummodo ex auditu alterius: & in quinta parte, re melius fortasse perpensa, stat manifestè pronontramentum: Vnde in venio Escobar. in *sum. tr. 1. exam. 13. cap. 5.* qui etiam ad parvitem confugere videtur: sic enim habet: Aliquando dixi pro potu haberi Cocholatam: at magis auctoritati inhaerens, quam rationi, Potum esse assero: sed non uti condit abusus, sed quemadmodum potio ab Indis in Hispaniam pervenit: Vnde Cocholata oris, aut lacte conditum, potus non est: sed cibus substantialissimus. Item hujusmodi potio admodum crassa, in notabili quantitate jejunium violat. Verum Cocholata liquidum adeo, ut unica potioni uncia una adhibeat saccharo necessario; potus est, & absque scrupulo assumi potest. Hæc ille, ubi notat primo illuc (in *ad Indis in Hispaniam pervenit*) unde igitur tibi fides, an tua Cocholata sit pura, an mista? Secundò, nec unam unciam Cocholatæ esse admittendam, jam modò numero præcedenti dictum est.

13. Quæ hæcenus de Cocholata disputavi, vera mihi videntur propter rationes intrinsecas: Cæterum, quia video viros pios, religiosos, ac doctos putare eam, prout in Hispania, & Romæ est nunc in usu, esse usalem potionem, nec violare jejunium; nolo (idque propter auctoritatem extrinsecam) hanc sententiam à probabilitatis, securitatisque finibus repellere. Enarravit mihi vir nostræ Societatis omni fide dignus, Eminentiissimum Joannem de Lugo, antequam ad sacram purpuram esset ascitus; dum scilicet Theologiam in Romano